



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

X X I V .

Qui vaticinantur , & gentium consuetudines sequuntur , vel in suas ædes aliquos introducunt ad medicamentorum inventionem , vel lustrationem , in quinquennii Canonem incidunt , secundum gradus præfinitos , tres annos substrationis , & duos annos orationis sine oblatione .

X X V .

Quidam cui erat puella sponsa , eius forori vitium attulit , ita vt ea etiam conciperet . Sponsam autem postea vxorem duxit . Ea autem cui vitium erat allatum , se suffocauit . Qui conciii fuerant , iussi sunt decennio in eos qui consistunt , recipi per gradus definitos .

κδ.

Οι κατμανθρόμοροι , κὶ τῆς σωτηρίας τῶν χρόνων Ἐξακολευθέντες , ἢ εἰσαγογνέσθαι εἰς τὸν ἑαυτῶν οἶκον ἵππῃ ἀνδρείου Φαρμακείων , ἢ κὶ κατὰ τὸν κανόνα πηπέπωσαν τὸ πένταξις κτ' ἑὸν βαθμοῦ ὠλεσμένοις , τετὰ ἐπιπονώσεως , καὶ δύο ἐπι βίχης χωρὶς ποροφορεῖς .

κε.

Μνηστεισάμενος πρὸς κόρην , ποροσφάρα τῆ ἀδελφῆ αὐτῆς , ὡς κὶ ἐπιφορέσαι αὐτῶν ἐζημεῖ τὴν μνηστὴρ μὲν ταῦτα ἢ ἢ φταρεῖσαι ἀπὸ τῶν οἰσὺ δότες ἐκελευσθησὶν εἰ δεκαετία δεχθῆναι εἰς τὸν σιωπῶντα , κτ' ἑὸν ὠλεσμένοις βαθμοῦ .

ANNO
CHRIST
314.

CANONES CONCILII ANCYRANI,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|--|---|
| I. De presbyteris qui immolauerunt tempore persecutionis. | IX. De diaconis , qui tempore ordinationis de nuptiis attestati sunt. |
| II. De diaconis qui immolauerunt. | X. De desponsatis puellis , & ab aliis corruptis. |
| III. De iis qui ex fuga comprehensi sunt , & per vim pagani ritus aliquid pertulerunt. | XI. De his , qui cum essent catechumeni , idolis immolauerunt. |
| IV. De his , qui diuersis causis gentilitatis ritus aliquid peregerunt. | XII. Quod non oporteat Chorepiscopos ordinare clericum , nisi in agris & villis. |
| V. De his , qui timore ritus gentilium peregerunt. | XIII. De his , qui esum carniuum , in clero constituti , diffugiunt. |
| VI. De his , qui in locis idolorum manducauerunt. | XIV. De rebus Ecclesiasticis , eo tempore distractis , quo ipsa Ecclesia viduantur Episcopis. |
| VII. De his , qui frequenter idolis immolauerunt. | XV. De his , qui fornicantur irrationabiliter , id est , qui miscentur |
| VIII. De his , qui & aliis sacrificandi causas attulerunt. | |

ANNO
CHRISTI
314.

- | | |
|---|--|
| <p>pecoribus, aut cum masculis polluantur.</p> <p>XVI. De his, qui in pecudes vel in masculos, aut olim polluti sunt, aut haecenus hoc vitio tabescunt.</p> <p>XVII. De his, qui ad Episcopatum promoti sunt, nec recepti.</p> <p>XVIII. De his, qui virginitatem professi sunt, & quae sub sororis habitu cum aliquibus commorantur.</p> <p>XIX. De his qui adulteras habent</p> | <p>uxores, vel si ipsi adulteri comprobentur.</p> <p>XX. De his, quae partus suos ex fornicatione diuersis modis interimunt.</p> <p>XXI. De homicidiis.</p> <p>XXII. De his, qui sponte homicidium commiserunt.</p> <p>XXIII. De his, qui diuinationes expetunt.</p> <p>XXIV. De his, qui virginum corruptionibus consentiunt.</p> |
|---|--|

CANONES.

I.

PRESBYTEROS immolantes, & iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis subiici, quo facinus pati viderentur inuiti: hos ergo placuit honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotilibus officiiis fungi, non liceat.

Diff. 50.
Presbyteros qui.

II.

Diaconi similiter qui immolauerunt, honorem quidem habeant: cessare vero ab omni sacro ministerio, siue a pane, siue a calice offerendo, vel praedicando. Quod si quidam Episcoporum conficii sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipsos erit potestas.

Diff. 50.
Presbyteros qui immola.

III.

Qui fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel adeptis facultatibus sustinuerunt tormenta, aut in custodiam trusi, proclamauerunt

Diff. 50.
Presbyteros.

Concil. Tom. 2.

G ij